Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ONA ONA

manibus eorum ut tollerent eos
et fugerunt in dathemam mu
nitionem et miserunt litteras ad
iudam et ad fratres eius dicentes
Conspirate sunt aduersum nos
gentium ut auferant nos et
parant uenire et occupare mu
nitionem in quam confugimus
et ecce timotheus est dux exercitus
eorum. Nunc ergo uenite et eripe
nos de manibus eorum quia ce
cidit multitudo de nobis
et omnes fratres nostri qui
erant in loco tubin ubique interfec
ti sunt et captiuas duxerunt
uxores eorum et natos et spoli
et peremerunt illic ferme mil
le uiros. Et adhuc ipse legebā
tur et ecce alii nuntii uenerunt
de galilea consciscis tunicis nun
tiantes secundum uerba hec dicen
tes conuenisse aduersum se a
ptolomaida et tyro et sidone et ge
nera est omnis galilea alien
gens. Vt audiuit autem iudas et
populus sermones istos conue
nit ecclesia magna consilium quid
facerent fratribus suis qui mis
bulacone erant et expugnabā
tur abeis. XIII

Dixitque iudas simoni frat
suo. Elige tibi uiros et
uade liberа fratres tuos
in galilea. ego enim et frat meus
Jonathas ibimus in galaadi
tidis. Et reliquit iosephum fi
lium zacharie et azariam du
ces populi cum residuo exercitu
in iudeam ad custodiam et preceptum
illis dicens. Preeste populo
huic et nolite bellum committere
aduersum gentes donec reuerta
mur. Et dati sunt simoni mil
ia milia ut iret in galilea. in
de autem octo milia ut iret in ga
laaditim. et abut simon in gali
leam et commisit prelia multa cū
gentibus. et contrite sunt gentes
a facie eius. et persecutus est eos
usque ad portam ptolomaidis et
ceciderunt de gentibus fere tria
milia uirorum. Et accepit spoli
eorum et assumpsit eos qui erant
in galilea et in arbatis cum uxo
ribus et natis et omnibus que
erant illis et adduxit in iudeam
cum letitia magna. XIIII

Et iudas machabeus et
Jonathas frater eius tran
sierunt iordanem et abie
runt iam triduum per desertum
Et occurrerunt eis nabuthei et
susceperunt eos pacifice et nar
rauerunt eis omnia que acciderant
fratribus eorum in galaaditide et
quia multi ex eis comprehensi sū
in basra et bosor et in alimis et in
calphor et maceth et carnaim.
hec omnes ciuitates munite et
magne. Sed et in ceteris ciuitatibus
galaaditidis tenentur comprehensi
et in crastinum constituerunt ad
mouere exercitum ciuitatibus
et comprehendere et tollere eas
uno die. Et conuertit iudas et
exercitus eius iam in desertum